4410 epistylii magni marmorei fragmenta undecim, coniuncta longa ca. 2,88; litterae a. ca. 0,06. Ex foraminibus, quae in superficie exstant, cognovit Vaglieri antea ibi fuisse aliam inscriptionem ex litteris metallicis compositam. Rep. *innanzi all' area dei quattro tempietti.* Exstant ibidem composita.

*uict*ORIBVS·AC·TRIVMFAT·SEMPER·AVGVST·VALENTINIANO·THEODOSIO·ARCH*adio* ET M O
*pro felicita*TE·AC·BEATITVDINE·CLEMEN*tiaque tempo*RVM·
TVLEIVS·HERCVLIVS·V·C·ANNONA*e pra*FECTVS *ae*DIFICAVIT·

Descripsi. Vaglieri *Not. d. sc.* 1913 p. 175.

1 in. erat fortasse [*salvis dddd. nnnn. vict*]*oribus* etc. — fin. (frgm. extr.) sic legit Vaglieri: ..... OPSEQ. Litterae sunt erasae; ego mihi videbar legere posse quae supra dedi; in fine est ornamentum interpunctionis loco. Inter M et O, quas litteras sub rasura agnovi, spatium sufficit litteris quattuor funditus erasis. Puto igitur scriptum fuisse *et Maximo.* Nomen imperatoris Maximi erasum invenitur quarto loco una cum nominibus Valentiniani Theodosii Arcadii etiam in titulo Africano C. VIII 27 (= Dessau *Inscr. Lat. sel.* 787, cf. ibid. notam 4). Quodsi haec coniectura ipsa per se incerta videtur, potest tamen pro certa haberi propter titulum similem lectionis minime dubiae, qui sequitur. — 3 in. vestigium haud certum est; fortasse fuit R: *Hi*]*rtuleius.*

4411 tabulae marmoreae cr. 0,035 fragmenta *a b.* Fragmentum *b* (ipsum in duas partes fractum), rep. *decumano, nei pressi della via dei molini,* asservatur nunc gypso infixum in repositis musei Ostiensis. Ibidem vidi fragmentum *a*; adiunxi in re praesenti.

	a	*b*	
--- *ualentiniano theodosio archadi*	O·ET	MAXIMo	8,5
pro felicitate etc.	*cl*	MENT*iaque*	8,5
	annon	AE·PRAE*fectus*	6,5

Descripsi ad lapidem et ad ectypum. *b* Vaglieri *Not. d. sc.* 1913 p. 214 n. 3.

1 nomen imperatoris Maximi agnovi sub rasura, quae incipere videtur iam a vocabulo *et.* Supplevi ad exemplum tituli qui praecedit, cuius hic videtur gemellus esse. — 3 supplevit iam Vaglieri.

4412 fragmenta duo tabulae marmoreae oblongae a. ca. 0,52, cr. 0,06. Ab altera parte ornata est canalibus formae Ionicae septem, erat igitur olim adhibita pro pila; postea, ut videtur, in parte aversa titulus incisus est. — *Di fronte al teatro si incontrò un tombino di fogna, coperto di pezzi di marmo,* in quibus fragmentum *a*; fragmentum *b* (ipsum quoque in complures partes fractum) rep. *nelle terre di scarico, che erano rimaste ammucchiate intorno al teatro.* Nunc exstant in repositis musei Ostiensis, ubi composui in re praesenti.

	DDD·NN*n*	10
a	*ualenti*NIANO·T*heodosio*	9
	A	9
b	EGN*ati*	7

Descripsi et supplevi. *a* Vaglieri *Not. d. sc.* 1911 p. 47, *b* idem ibidem 1910 p. 184 n. 7.

2 in. TIANO ed., haud recte. — Videtur fuisse aut v. 1 *ddd. nn*[*n.*, v. 2 [*Valenti*]*niano, T*[*heodosio et Arcadio*] (a. 383—392), aut v. 1 *d*]*ddd. nn*[*nn.*, v. 2 [*Valenti*]*niano, T*[*heodosio, Arcadio et Maximo*] (v. titulos qui praecedunt). — 3 fortasse *A*[*ugustis*]. — 4 superest ex nomine eius qui titulum — et fortasse aedificium aliquod, cui titulus affixus erat — dedicavit.

4413 pars epistylii marmorei, longa 0,82. Litterae aetatis labentis. Rep. *nelle rovine lungo il decumano nei pressi della via dei molini.* Est ibidem.

--- *oru*M INVICTISSIMORVM	4,5
*prae*FECT ANNONAE AETERNAE VRBIS	4,5—5
*dedi*CAVITQVE 7	4
I IM A T	

Descripsi. Vaglieri *Not. d. sc.* 1913 p. 211.

4 om. editio. Quid subsit incertum.

4414 fragmentum epistylii marmorei (0,55×0,66×0,27). Rep. ubi n. 4413.

ORVM AVG . . .

Vaglieri *Not. d. sc.* 1913 p. 213.

4415 epistylii marmorei pars (longa nunc 0,90) quae angulum aedificii efficiebat; inscriptio ab altero latere ad alterum continuari videtur. Litterae satis malae, a. 0,08. Rep. *in una sala dell' edificio termale presso il foro*; exstat ibidem.

*clem*ENTIA·IMP· | C*aes.?*

Descripsi. Calza *Not. d. sc.* 1927 p. 397 n. 37.

fin. littera C mihi haud plane certa erat (lapidem vidi ita collocatum, ut hanc partem tituli aegre examinare possem).

4416 fragmentum tabulae marmoreae cr. ca. 0,02, litteris satis bonis, flexuosis. Exstat in repositis musei Ostiensis.

RELI	4,8
VICT	4
VCI	3,5

Descripsi. Calza *Not. d. sc.* 1927 p. 404 n. 64.

Fortasse titulus imperatorius. — 3 fin. *t* an *i* longa, incertum; haec mihi verisimilior.

4417 fragmentum tabulae marmoreae, quae a tergo ad aliquem usum fortasse a titulo alienum adaptata est; cr. a parte superiore 0,045, ab inferiore 0,07. Litterae altae, titubanter incisae, aetatis labentis. Est sub templo magno in repositis.

ANO·O	7,3
ANTIPA*t*	8

Descripsi. Calza *Not. d. sc.* 1927 p. 398 n. 44.

1 Litterae ANO leviter erasae sunt; nescio an subsit nomen imperatoris.

4418 fragmentum tabulae marmoreae, a. 0,215, l. 0,19, cr. 0,035—0,043. Litterae bonae, saeculi p. Chr. secundi puto. Rep. *nella via dietro il piccolo mercato.* Est in repositis musei Ostiensis.

*au*G·PONt	4,5
cos. --(?)*s*I·P·P	4,2
SATVRNIN	3
S·ANN·CV	3

Descripsi ad lapidem, contuli ad ectypum. Vaglieri *Not. d. sc.* 1912 p. 173 n. 1.

1 supplevit Vaglieri. — 4 potest esse [*magiste*]*r* vel [*curato*]*r ann*(*i*) *CV*, cf. supra n. 4319. — fin. vestigium incertum, fortasse litterae S: *s*(*ua*) [*p*(*ecunia*) *f*(*ecit*)]?